

est mihi multus in hac civitate. Hæc Chrysostomus.

VERS. 12. — GALLIONE AUTEM, etc. Pergit Chrysost.: At dices: Si nemo apponeret ut noceret, quoniam igitur simul aggressi sunt eum Judei? Profecto non prævaluerunt, sed ad proconsulem duntaxat adduxerunt. Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Judeos: Si quidem, etc., et minavit eos à tribunali. Justus iste homo mihi esse videtur, et manifestum est ex his quæ respondet. Cùm enim Paulus aperturus esset os suum, dixit Gallio ad Judeos: Si quidem esset injuria vel facinus malum, ô Judæi, merito sustinerem vos. Si autem questio est de sermone, et nominibus et lege vestrate, videritis ipsi. Judex enim hujus ego esse nolo, et abegit illos à tribunali. Ita Chrysost.

VERS. 17. — APPREHENDENTES AUTEM OMNES SOSTHE-
NEM PRINCIPEM SYNAGOGÆ. Idem Chrysost.: De Crispo archisynagogo, qui supra, v. 8, creditur cum omni domo sua, scribit Apostolus ad Corinthios: *Neminem alii baptizavi, nisi Crispum et Caium*, etc. Opinor autem hunc etiam Sosthenem dici, qui in tantum fidelis fuerit, ut etiam percussus sit, et Paulo semper adfuerit. Et nihil horum Gallioni curæ erat. O confusionem quæ confusi sunt! Et nihil horum proconsuli curæ erat, scilicet quamvis et hoc in ipsis contumeliam fuerit. Et Judei quidem quasi inde potestate accepta, percutiunt, facientes per confusionem indiscreti furoris opus, ille autem Sosthenes non repererunt, quamvis et ipse potestatem haberet, sed docebantur fideles modeste et patienter vivere, et non repererunt, ut et Judex disecat quis sit mansuetior. Et non parum hoc profuit presentibus. Hæc Chrysost.

VERS. 18. — PAULUS VERO CUM ADHUC SUSTINUISSET
DIES MULTOS, NAVIGAVIT IN SYRIAM (ET CUM EO PRISCILLA
ET AQUILA) QUI SIBI TOTONDERAT IN CENCHRIS CAPUT, etc.
Pridem quidam libri legebant pluraliter, qui sibi to-

beret, intrepide et magno animo.

VERS. 10. — Nemo apponeret tibi. Græcum activè verti potest, nemo imponet, vel injiciet tibi, scilicet manus; nemo adoriatur, vel invadat te.

Quoniam populus mihi multus est; quasi dicat: Multi Corinthii tuâ predicatione convertentur, sicutque meus populus, et mea Ecclesiâ.

VERS. 11. — Sedit, commemoratus est.

VERS. 12. — Gallione proconsule. L. Junius Gallio proconsul Achaie, fuit frater germanus Lucii Annæi Senecæ præceptoris Neronis, ut testatur ipse Seneca, in præfatione lib. 4. Quæst. natur.

VERS. 15. — Contra legem, tum Judæorum, quæ colit unum solum Deum incorporeum; tum Romanorum, quæ vetat sine senatusconsulto novos deos inducere. Colere Deum, Christum, quem Deum esse prædicat.

VERS. 14. — Aperire os, ut sui rationem redderet proconsuli.

Si quidem esset iniquum aliquid; quasi dicat: Si Paulo obijceretur crimen aliquod, verbi gratia furti, homicidii, seditionis, etc.

Rectè vos sustinerem, ut par est, vos audirem patienter, et vobis jus dicerem.

CAPUT XIX.

4. Factum est autem, cùm Apollo esset Corinthi, ut Paulus, peragratis superioribus partibus, veniret Ephesum, et inveniret quosdam discipulos:

tonderant caput. Sed Sixtina legit singulariter; et includunt verba illa quæ obscuritatem pariebant, et cum eo Priscilla et Aquila, parenthesi. De quo etiam Beda: Quidam, inquit, codices habent: *Totonderant caput*. Priscilla scilicet et Aquila, sed Augustinus et Hieronymus singulari numero de Paulo interpretantur. Hieronymus sic ponit: Navigabat Syriam, et cum eo Priscilla et Aquila; et totondit caput in Cenchrus, votum enim habebat. Hæc Beda. Et idem, ante jam dicta verba, de nomine Cenchrus et voto Pauli: Cenchrus, inquit, portus est Corinthi, ubi navem ascensurus, caput ex voto totondit juxta ritum Nazæorum (de quo Num. 6). Hoc autem fecit, non oblitus quod de abolitione legis cum aliis apostolis staturat Jerosolymis, sed ne scandalizaret credentes ex Judæis, assimilavit se Judæis, ut Judæos lucrifaceret. Ita Beda. Vide etiam infra, c. 21, v. 24.

VERS. 24. — JUDEUS AUTEM QUIDAM, APOLLO NOMINE,
ALEXANDRINUS GENERE, VIR ELOQUENS. De hoc ista Chrysost.: Hoc esse mihi verum videtur, quia et baptizari illum oportebat; quoniam duodecim illi si post baptismum Joannis iterum baptizabatur, oportebat etiam discipulos hoc facere. Et hoc est quod Priscilla et Aquila assumpserunt eum, et diligentiis ei exposuerunt viam Domini. Sequitur: *Cùm autem vellet ire Achaïam, exhortati fratres, scripserunt discipulis ut susciperent eum. Qui cùm venissent, contulit multum his qui crederant*. Pergit Chrysostomus. Igitur volebat ille in Achaïam venire, antea autem quam exhortati sunt fratres, et litteras dant ei, non recedit. Qui ut venit, contulit multum his qui crederunt. Hæc Chrysost. Et Beda, ad illa verba, *contulit multum*: Alia, inquit, translatio habet, *profuit multum credentibus per gratiam*. Atque hoc est quod iisdem Achaïcis Apostolus scribit: *Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit*. Hæc Beda.

VERS. 15. — Quæstiones de verbo et nominibus. Paulus assererat Jesum esse Christum et Messiam, et ita appellandum; negabant Judæi: hinc orta Gallioni opinio quæstionem et altercationem esse inutilem, et ad se non pertinentem, quippe de nominibus, et vocibus et subtilitatibus quibusdam Judæicæ legis.

VERS. 16. — Minavit eos à tribunali, reperit, amandavit.

VERS. 17. — Percutiebant. Gentiles percutiebant Sosthenem, vel ut eum à tribunali cum suis loquerent, ut aliqui putant, vel ut aliis placet, illum Judæorum investigatione verberabant, quod in Paulum propensus, Judæorum causam frigidius egisset coram proconsule, aut etiam apertè favisset; erat enim jam animo christianus.

Sosthenem, qui Crispo ad Christum converso, supra, n. 8, in principatu et primatu synagoge successerat. S. Sosthenis memoria in romano Martyrologio celebratur, die 28 novembris.

Et nihil eorum Gallioni curæ erat, quòd nimirum Judæos et eorum rixas nihil faceret.

VERS. 18. — Sustinuit, commemoratus est. Navigavit in Syriam, Syriam versus; tunc enim Ephesum venit, quæ est in Asiâ.

CHAPITRE XIX.

4. Pendant qu'Apollon étoit à Corinthé, Paul ayant traversé les hautes provinces vint à Ephèse, où ayant trouvé quelques disciples, il leur dit:

2. Dixitque ad eos: Si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum: Sed neque si Spiritus sanctus est, audivimus.

5. Ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In Joannis baptisate.

4. Dixit autem Paulus: Joannes baptizavit baptismum poenitentiae populum, dicens: In eum, qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est, in Jesum.

5. His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Jesu.

6. Et cùm imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos; et loquebantur linguis, et prophetabant.

7. Erant autem omnes viri ferè duodecim.

8. Introgressus autem synagogam, cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans et suadens de regno Dei.

9. Cùm autem quidam indurarentur, et non crederent, maledicentes viam Domini coram multitudine, discendens ab eis segregavit discipulos, quotidie disputans in schola Tyranni cujusdam.

10. Hoc autem factum est per biennium, ita ut omnes qui habitabant in Asiâ, audirent verbum Domini, Judæi quæ gentiles.

11. Virtutesque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli:

12. Ita ut etiam super languidos deferrentur à corpore ejus sudaria, et semicinctia; et recedebat ab eis languore, et spiritus nequam egrediebatur.

13. Tentaverunt autem quidam, et de circumventibus Judæis exorcistis, invocare super eos qui habebant spiritus malos nomine Domini Jesu, dicentes: Adjuro vos per Jesum quem Paulus prædicat.

14. Erant autem quidam Judæi Scævæ principis sacerdotum septem filii, qui hoc faciebant.

15. Respondens autem spiritus nequam, dixit eis: Jesum novi, et Paulum scio: vos autem, qui estis?

16. Et insiliens in eos homo in quo erat demonium pessimum, et dominatus amhorum, invaluit contra eos, ita ut nudi et vulnerati effugerent de domo illa.

17. Hoc autem notum factum est omnibus Judæis atque gentilibus qui habitabant Ephesi; et cecidit timor super omnes illos, et magnificabatur nomen Domini Jesu.

18. Multique credentium veniebant, confitentis et annuntians actus suos.

19. Multi autem ex eis qui fuerant curiosi sectati, contulerunt libros, et combusserunt coram omnibus; et computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denarium quinquaginta millium.

20. Ita fortiter crecebat verbum Dei, et confirmabatur.

21. His autem expletis, proposuit Paulus in Spiritu, transit à Macedonia et Achaïa, ire Jerosolymam, dicens: Quoniam postquam fuero ibi, oportet me et Romam videre.

22. Mittens autem in Macedonia duos ex ministrantibus sibi, Timotheum et Erastum, ipse remansit ad tempus in Asiâ.

2. Avez-vous reçu le Saint-Esprit, depuis que vous avez embrassé la foi? Ils lui répondirent: Nous n'avons pas seulement entendu dire qu'il y ait un Saint-Esprit.

5. Il leur dit: Quel baptême avez-vous donc reçu? Ils lui répondirent: Le baptême de Jean.

4. Alors Paul leur dit: Jean a baptisé du baptême de la pénitence, disant aux peuples qu'ils devaient croire en celui qui venait après lui, c'est-à-dire, en Jésus.

5. Ce qu'ayant entendu, ils furent baptisés au nom du Seigneur Jésus.

6. Et après que Paul leur eut imposé les mains, le Saint-Esprit descendit sur eux; ils parlaient diverses langues, et ils prophétisaient.

7. Or ils étaient en tout environ douze.

8. Paul entra ensuite dans la synagogue, où il parla avec confiance pendant trois mois, conférant avec les Juifs, et s'efforçant de leur persuader ce qui regarde le royaume de Dieu.

9. Mais comme quelques-uns s'endurcissaient et demeuraient dans l'incrédulité, décriant, devant tout le peuple, la voie du Seigneur, il se retira, et il sépara ses disciples d'avec eux; et il enseignait tous les jours dans l'école d'un nommé Tyrann.

10. Ce qu'il continua durant deux ans; de sorte que tous ceux qui demeuraient en Asie, tant Juifs que gentils, entendirent la parole du Seigneur.

11. Et Dieu faisait des miracles extraordinaires par les mains de Paul;

12. Jusque-là même que, lorsque les mouchoirs et les tabliers qui avaient touché son corps étaient appliqués aux malades, ils étaient guéris de leurs maladies, et les esprits malins les quittaient.

13. Or quelques-uns des exorcistes juifs qui allaient de ville en ville, entreprirent d'invoquer le nom du Seigneur Jésus sur ceux qui étaient possédés des esprits malins, en leur disant: Nous vous conjurons par Jésus que Paul prêche.

14. Ceux qui faisaient cela, étaient sept fils d'un Juif, prince des prêtres, nommé Scévâ.

15. Mais l'esprit malin leur répondit: Je connais Jésus, et je sais qui est Paul; mais vous, qui êtes-vous?

16. Aussitôt l'homme qui était possédé d'un démon furieux, se jeta sur eux, et, s'étant rendu maître de deux d'entre eux, il les traita si mal, qu'ils furent contraints de s'enfuir de cette maison, nus et blessés.

17. Cet événement ayant été su de tous les Juifs et de tous les gentils qui demeuraient à Ephèse, ils furent tous saisis de crainte; et le nom du Seigneur Jésus fut glorifié.

18. Plusieurs même de ceux qui avaient cru venaient confesser et déclarer ce qu'ils avaient fait.

19. Il y en eut aussi beaucoup de ceux qui avaient exercé les arts curieux, qui apportèrent leurs livres, et les brûlèrent devant tout le monde; et quand on en eut supprimé le prix, on trouva qu'il se montoit à cinquante mille pièces d'argent.

20. Ainsi la parole de Dieu se répandait de plus en plus, et se fortifiait puissamment.

21. Après cela, Paul se proposa, par l'instinct du Saint-Esprit, de passer par la Macédoine et par l'Achaïe, et d'aller à Jérusalem, et il disait: Quand j'aurai été là, il faut que je voie aussi Rome.

22. Et ayant envoyé en Macédoine deux de ceux qui le servaient dans son ministère, Timothée et Eraste, il demeura encore quelque temps en Asie.

23. Facta est autem illo tempore turbatio non minima de viâ Domjii.

24. Demetrius enim quidam nomine, argentarius, faciens ædes argentæ Diane, præstabat artificibus non modicum quantum.

25. Quos convocans et eos qui hujusmodi erant officios, dixit: Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio.

26. Et videtis, et auditis, quia non solum Ephesi sed penè totius Asiæ, Paulus hic suadens, averit multam turbam, dicens: Quoniam non sunt dii, qui manibus fiunt.

27. Non solum autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire, sed et magnæ Diane templum in nihilum reputabitur, sed et destrui incipiet majestas ejus, quam tota Asia et orbis colit.

28. His auditis, repleti sunt ira, et exclamaverunt dicentes: Magna Diana Ephesiorum.

29. Et impleta est civitas confusione, et impetum fecerunt uno animo in theatrum, rapti Gaio et Aristarcho Macedonibus, comitibus Pauli.

30. Paulo autem volente intrare in populum, non permisit discipuli.

31. Quidam autem et de Asiæ principibus, qui erant amici ejus, miserunt ad eum rogantes ne se daret in theatrum.

32. Alii autem aliud clamabant; erat enim ecclesiæ confusa; et plures nesciebant quæ ex causâ convenerent.

33. De turbâ autem detraxerunt Alexandrum, prope-llentibus cum Judæis. Alexander autem manu silentio postulato, volebat reddere rationem populo.

34. Quem ut cognoverunt Judæum esse, vox facta una est omnium, quasi per horas duas clamantium: Magna Diana Ephesiorum.

35. Et cum sedasset scriba turbas, dixit: Viri Ephesii, quis enim est hominum qui nesciat Ephesiorum civitatem cultricem esse magnæ Diane, Jovisque prolis?

36. Cùm ergo his contradicti non possit, oportet vos sedatos esse, et nihil temerè agere.

37. Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos, neque blasphemantes deam vestram.

38. Quod si Demetrius, et qui cum eo sunt artifices, habent adversus aliquem causam, conventus forenses agunt, et proconsules sunt: accusent invicem.

39. Si quid autem alterius rei queritis, in legitimâ ecclesiâ poterit absolvi.

40. Nam et periclitamur argui seditionis hodiernæ: cùm nullus obnoxius sit (de quo possimus reddere rationem) concursus istius. Et cùm hæc dixisset, dimisit ecclesiam.

25. Mais pendant ce temps-là il survint de grands troubles au sujet de la voie du Seigneur.

24. Car un certain orfèvre, nommé Démétrius, qui faisoit en argent de petits temples de Diane, donnoit par là beaucoup à gagner aux gens de sa profession.

25. Ayant assemblé ceux-ci avec les autres du même métier, il leur dit: Mes amis, vous savez que c'est de ces ouvrages que vient tout notre gain;

26. Cependant vous voyez vous-mêmes, et vous entendez dire que ce Paul a détourné un grand nombre de personnes, non seulement à Ephèse, mais presque par toute l'Asie, en disant que les ouvrages de la main des hommes ne sont point des dieux.

27. Et il n'y a pas seulement à craindre pour nous que notre métier ne soit décrié, mais même que le temple de la grande Diane ne tombe dans le mépris; et que la majesté de celle qui est adorée dans toute l'Asie, et même dans tout l'univers, ne s'aneantisse peu à peu.

28. Avant entendu ce discours, ils furent transportés de colère, et ils s'écrièrent: La grande Diane des Ephésiens!

29. Et toute la ville fut aussitôt remplie de confusion; et ces gens-là coururent en foule au théâtre, entraînant Gaïus et Aristarque, Macédoniens, qui avaient accompagné Paul dans son voyage.

30. Paul voulait aller se présenter au peuple, mais les disciples l'en empêchèrent.

31. Quelques-uns aussi des Asiariques, qui étaient ses amis, l'envoyèrent prier de ne point se présenter au théâtre.

32. Cependant les uns criaient d'une manière, et les autres d'une autre; car tout ce concours de peuple n'était qu'une multitude confuse, et la plupart même ne savaient pourquoi ils étaient assemblés.

33. Alors Alexandre fut délogé de la foule par les Juifs qui le poussèrent devant eux; et ayant fait signe de la main pour qu'on fit silence, il voulut se justifier devant le peuple.

34. Mais dès qu'on sut qu'il étoit Juif, ils s'écrièrent tous durant près de deux heures: La grande Diane des Ephésiens!

35. Après quoi, le greffier de la ville les ayant apaisés, leur dit: Ephésiens, y a-t-il quelqu'un qui ne sache que la ville d'Ephèse rend un culte particulier à la grande Diane, fille de Jupiter?

36. Puis donc qu'on ne peut pas disconvaincre de cela, vous devez demeurer en paix, et ne rien faire inconsidérément;

37. Car ceux que vous avez amenés ici, ne sont ni sacrilèges, ni blasphemateurs de votre déesse.

38. Si Démétrius, et les ouvriers qui sont avec lui, ont quelque plainte à faire contre quelqu'un, ou tentent l'audience, et il y a des proconsuls, qu'ils s'appellent donc en justice les uns les autres.

39. Mais si vous avez quelque autre affaire à proposer, elle pourra se terminer dans une assemblée légitime.

40. Car nous sommes en danger d'être accusés de sédition pour ce qui s'est passé aujourd'hui, ne pouvant alléguer aucune raison pour justifier ce concours tumultueux du peuple. Ayant dit cela, il congédia l'assemblée.

COMMENTARIA.

VERS. 2. — DIXITQUE AD EOS: SI SPIRITUM SANCTUM ACCEPISSETIS CREDENTES? AT ILLI DIXERUNT, etc. De dis-

VERS. 4. — *Parogralis superioribus partibus*, Galatiâ et Phrygiâ, postquam Jerosolymis vultisset Antio-

chiam de quo cap. præcedenti, v. 25.

VERS. 2. — *Si Spiritum sanctum accepissetis?* Accep-

sic habet August., de Univ. baptis. cont. Petilian., c. 7: Non utique Joannis baptismum habentibus, iterum Apostolus Joannis baptismum dedit, sed Christi baptismum non habentes, baptizari jussit in Christo, ac per hoc neutrum destruxit, sed utrumque distinxit. Sic August. Et Chrysost.: Non dicit illis: Creditis in Jesum? Sed quid? *Nam Spiritum sanctum accepistis?* Sciebant enim quod non habebant, sed vult illos fateri ut agnoscat quid ipsis desit, et petant. *Et cum imposuisset*, inquit, *Paulus illis manus, venit Spiritus sanctus super eos, et loquebantur linguæ, et propheta-* bant. Ab ipso baptismo prophetant. Hoc autem Joannis baptismum non habebat. Ideo et imperfectus erat. Hæc Chrysostomus.

VERS. 5. — *HIS AUDITIS, BAPTIZATI SUNT IN NOMINE DOMINI JESU*. Basil., lib. de Spiritu sancto, c. 12: Neminem, inquit, ad errorem impellat illud quod nomen Patris et Spiritus sancti in baptismatis mentione sæpè omittitur, neque ob id putet nomen nomenclaturam non esse necesse observari. Et infra: Oportet enim immobilem manere traditionem in vivificâ gratiâ datam. Quare addere quid aut detrahere, palam est lapsus à vitâ æternâ. Ita Basil. Et Cyprian. in epist. ad Julianum: Quomodo dicunt quidam, modo in nomine Jesu Christi ubicumque et quomodo unum gentilem baptizatum, remissionem peccatorum consequi posse, quando ipse Christus gentes baptizari jubet in plenâ et admatâ Trinitate? Ita Cyprian. Sic et August., lib. 6, contra Donat., c. 25, dicit certa esse verba evangelica, sine quibus non potest consecrari baptismus. Et eadem verba exprimit in Psalm. 86, et alibi, in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti. Quare quod Ambros., lib. 1 de Spiritu sancto, cap. 3, dicit, quod Eunuchus baptizatus in Christo, plenum mysterium consecutus est; et quod rationem addit, quia si Christum dicas, et Deum Patrem à quo unctus est Filius, et ipsum, qui unctus est, Filium, et Spiritum quo unctus est, designasti, intelligendum est non de formâ baptismi (ut intellexit Petrus Lombardus in hæc parte reprobat, et fortè etiam Beda), sed de virtute per quam baptismus valet; alioqui secundum ejus ibidem verba,

stisne Spiritum sanctum? id est, estisne sacramento confirmationis consignati? In confirmatione enim, initio nascentis Ecclesiæ, visibiliter dabatur Spiritus sanctus. Vide supra, cap. 8, v. 17 et 18.

Sed neque si Spiritus sanctus est audivimus. Adeo Spiritum sanctum, aut sacramentum quo ille conferitur non accepimus, ut ne quidem illius nomen audivimus.

VERS. 5. — *In quo, scilicet, baptizate*. Vide dicta superiori cap., v. 25.

VERS. 4. — *Joannes baptizavit*, etc., id est, baptismum qui erat symbolum, excitatio et protestatio penitentis ad remissionem peccatorum Christi baptismum recipiendam; quare non satis est ille baptismus, sed suscipiendus ille est quem Christus instituit.

VERS. 6. — *Et cum imposuisset illis manus, imper-* tendo eis sacramentum confirmationis.

Veni Spiritus sanctus, visibilis specie.

Loquebantur linguæ, variarum nationum, ut apostoli in die Pentecostes.

Et propheta- bant. Vel proprie futura prædicando, vel impropris celebrando magnalia Dei.

non esse ratur baptismus collatus per aliquem Arrianum; sic enim habet: Quamvis enim et Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum dicas, et aut Patris, aut Filii, aut Spiritus sancti inuas potestatem, vacuam est omne ministerium. Sic Ambros. Scilicet per illud, dicas, necessario intelligendum est, id est, credas; non autem quod agat ibi de pronuntiatione forme.

VERS. 9. — *CUM AUTEM QUIDAM INDURARENTUR*, etc. Chrysost.: Viam Domini, inquit, prædicationem merito vocat. Verè enim via est, qua ducit in regnum cælorum. Et nonnullis interjectis: Digressus autem ab illis, segregavit discipulos. Impedivit scilicet illorum maledicentiam. Hoc autem facit digrediens, quia noluit illorum invidiam accendere, neque in majorem incitare rixam. Et tandem: Ipse autem digressus est, ne discipuli secederent. Hæc Chrysost. Sequitur: *Quotidie disceptans in schola Tyranni quædam*. Idem Chrysost.: Dissertit non simpliciter inquisito loco, sed ubi schola erat, ut commodius illic congregaret. Ita Chrysost. Syriacè est, *quædam nomine Tyranni*, ut is locum concesserit, ubi Paulus scholam faceret ad docendum. Rabanus sub disjunctione dicit: *Tyranni quædam*; vel pro dignitate, vel proprium nomen est. Sic ille.

VERS. 10. — *HOC AUTEM FACTUM EST PER BIENNIVM*. De hoc Beda. Hoc tempore scilicet Paulus in Epheso scripsit primam Epistolam ad Corinthios. Ita Beda. Quod itaque, c. seq., v. 32, Paulus dicit (*triennum*), intellige inchoatum: nam et hic tres menses præmittuntur.

VERS. 11. — *VIRTUTESQUE NON QUALIBET FACERAT DEUS PER MANUM PAULI*, etc. Chrysost.: Vides exaltationem Judaicam. Vestes illius videbantur efficaces, et non attendebant. Quid hæc re majus fieret? Et infra: *Sudaria et semineicia accipiunt et sanant*. Hæc Chrysostomus. Et Gregorius Nazianz., orat. 4 in Jul., generatim de sanctis: Quorum, inquit, corpora idem possunt quo animæ, sive manibus contractur, sive honoratur, quorum vel solum sanguinis gutte, atque exigua passionis signa idem possunt quo corpora. Sic

VERS. 7. — *Ferè, circiter*. Hoc Syrus et Ar. non legunt, nec video cur addi in tantillo numero oportuerit. (Beza.)

VERS. 8. — *De regno Dei*. De rebus ad salutem pertinentibus.

VERS. 9. — *Cum autem quidam, Judæi, Indurarentur*, obstinato animo resisterent *Maledicentes viam Domini*, legem evangelicam, et ejus auctorem Jesum Christum.

Segregavit discipulos, ne fortassè adversariorum dictis commoverentur, et in susceptâ fide nascerent.

In schola Tyranni quædam. Qui nomine dicebatur Tyrannus, ut habet Syrus. Alii putant Tyranni nomine significari virum aliquem principum, et potentem, in ejus aula litterarum exercitacionibus destinata docerit Paulus, idque eo consilio, ut potentem illum virum reverit Judæi à turbis cessarent.

VERS. 10. — *Omnes, plerique omnes, plurimum*. In Asia, minore.

VERS. 11. — *Non qualibet*, non vulgaria miracula, sed insignia et eximia.

Nazianz. Et Nyssenus, in laudem magni Theodori: Si quis pulverem, quo conditorium, ubi martyris corpus quiescit, oblitum est, auferre permittat, pro munere pendula accipitur, atque tanquam res magni pretii condensa terra colligitur. Hæc Gregor. Nyssenus, ut jam nihil dicamus de plurimis miraculis, quæ facta referat ad reliquias sanctorum quoque D. August., l. 22 de Civit. Dei, c. 8. Hinc Gennadius, de eccl. Dogm., c. 75: Sanctorum corpora, et præcipuè beatorum martyrum reliquias, perinde ac si Christi membra, sincerissimè honoranda, et sanctilicæ eorum nominibus appellatas, velut loca sancta divino cultui mancipata, affectu piissimo, et devotione fidelissimà adandas credimus. Si quis contra hæc sententiã venerit, non Christianus, sed Eunuomianus, et Vigilantianus creditur. Sic Gennadius.

VERS. 15. — TENTAVERUNT AUTEM QUIDAM ET DE CIRCUMVENTIBUS JUDÆIS EXORCISTIS, etc. De exorcistis Judæis hæc Josephus, lib. 8 Antiquit., cap. 2, agens de Salomone: Quin et eam rem divinitus consecutus est ad utilitatem et medelam hominum, quæ adversus dæmones est efficax. Incantationes enim composuit, quibus morbi pelluntur, et conjurationum modos scriptos reliquit, quibus dæmones fugantur, etc. Hæc Josephus, qui et stupenda in hæc rem à se visa addit. Beda de his sic: Josepho narrante, excoxit Salomon et docuit suos modos exorcismi, id est, conjurationis; quibus inmundi spiritus non audebant ad homines reverti. Fit autem hoc per reprobus ad condemnationem ipsorum, et utilitatem eorum qui vident et audiunt; quia licet illis despiciant qui signa faciunt, tamen Deum honorant, ad cuius invocationem fit. Ita Beda. Et Chrysost.: Quare autem obambulabant, seu circumveni? lueri, et non annuntiandi verbi gratiã. Sic Chrysost.

VERS. 15. — RESPONDENS AUTEM SPIRITUS NEQUAM, DIXIT EIS, etc. Idem Chrysost. Ex eo, inquit, quod insilliebat, ostenditur dæmonum magna quedam vis esse quam contra infideles habent. Et quare non dixit spiritus malus: *Quid est Jesus?* Sed dixit magis: *Jesus nomen?* Terrebatur enim, ne ipse penas daret. Sciebat autem copedi ei, illos ulcisci, quos hujus nominis illusores fecerat. Et nonnullis interjectis: Bene autem hoc factum est et utiliter, ne postea ausit quis nomen illud nominare tam temerè. Hæc Chrysost. Et OEcu-

VERS. 12. — *Sudaria*. Sudarium lineum est quo sudorem abstergimus. Italicè appellamus *faxoletti*.

Semicinctia. Aliqui putant semicinctum esse velamen lineum, vel palliolum, quo opifices pectus, et femora præcingunt, ne operando vestes commodeant. Probabilis est semicinctia esse zonas non admodum largas, nam ut ait Isidorus, lib. 9: *Cinctus* est *lata zona, et minima lata semicinctum, et utrisque minima cingulum*.

VERS. 15. — *Quem Paulus predicat*. Videntur hi exorciste voluisse Paulum imitari, et studio laudis, aut questus alieuius tentasse demonia ejicere, verum suis diffidentibus viribus Pauli mentionem fecisse, quem videbant dæmonibus esse terrorem.

VERS. 14. — *Principis sacerdotum*. Principis sacerdotum Judæorum, qui Ephesi commorabantur.

VERS. 16. — *Et dominatus androm,* è septem enim

menius: Quod dicitur, inquit: *Tentaaverunt autem quidam et de circumventibus Judæis exorcistis, etc.*, hæc dictio ostendit quod non tanquam exorciste in Jesum credentes, impuros spiritus adorabant; sed *tentantes*, propter quod etiam, cum fideles non essent, sicut impurus spiritus dicit: *Vos autem, qui estis?* suæ temeritatis penas dederunt. Hæc OEumenius.

VERS. 18. — MULTIQUE CREDENTUM VENERANT, CONFITENTES ET ANNUNTIANTES ACTUS SEOS. CHRYSOST.: Maximum argumentum erat; priusquam à dæmonibus redarguerentur, seipsos accusabant; terrentur, ne eadem patientur. Quando enim adjuutores dæmones accusare illos cœperunt, et non jam adjuvabant, qualis jam spes ultra quam confessio? Ita Chrysost. Prudent tamen de hæc confessione loquendum est, cum Patribus synodi Tridentine, sess. 14, c. 5: Etsi, inquit, Christus non veterit quin aliquis in vindictam suorum scelerum et sui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesiæ offensæ adificationem, delicta sua publicè confiteri possit, non est tamen hoc divino præcepto mandatum; nec satis comite humanã aliquã lege præcipitur, ut delicta, præsertim secreta, publicè essent confessione aperienda. Hæc concil. Hinc Leo, epist. 80: Quamvis, inquit, plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur, tamen quia non omnium hujusmodi sunt peccata, ut ea non timeant publicare, renovantur tam improbabili consuetudo, ne multi à penitentia remediis, præ verecundiã aut timore arcantur. Sufficit enim illa confessio, quæ primùm Deo offertur, tunc sacerdoti. Ita Leo.

VERS. 19. — MULTI ACTER EX EIS QUI FUERANT CURIOSA SECTATI, etc. Beda: Intelliguntur qui magicæ artis industriam fuerant secuti, cujus sectatores meritò libros suos incendunt, licet pretio magno æstimatos; quia dæmones, quibus servierant, vident Jesum appellare, et apostolum ejus honorare. Hæc Beda. Quod autem Scriptura dicit pretium librorum denarios quinquaginta millia, Bodeus æstimat ad quinque millia aureorum. Beda sic de his morlter: In Evangelio debitoribus sub quinquagenario numero debita laxantur, quia nos quinque sensibus corporis subsistentes in hæc vitã Decalogi præcepta transgredimur. Hic autem propter enormitatem scilicet magici

duo tantum exerebant exorcismum. Syrus habet, *invaluit contra eos, casque subiecit*.

Valuerat, à demoniaco.

Confitentes et annuntiantes actus suos. Syrus habet: *Remittunt offensas suas, et confitentur quod fecerant*. Ex hoc loco Bellarmin., lib. 5 de Pœnit., cap. 4, et alii theologi, probant necessitatem peccata confitendi, contra hæreticos.

VERS. 17. — *Et cecidit timor super omnes illos, ita ut* nullus audeat talia attentare. *Et magnificabatur nomen Domini Jesu*, tanquam magnæ virtutis existens. (Lyranus.)

VERS. 19. — *Qui fuerant curiosi sectati, mirram magram, quod sentit Syrus, qui verit: Multi ex magis conserantur libros suos, etc.*

Et combusserunt, ut vident ignibus ignes, ait Arator. Denariorum quinquaginta millium, coronatorum no-

sceleris, millenarius est adjectus. Ita Beda.

VERS. 28. — ET EXCLAMAVERUNT, DICENTES: MAGNA DIANA EPHESORUM! etc. OEumenius: Ostenditur magnam Ephesiorum fuisse superstitionem, tum in orando Dianæ templo, tum in honorando ejus simulacro, quod et è celo delapsum dicebant: *30-40-45* enim dicitur, veluti quod à Jove decidit. Hæc OEumenius. Et Beda: Mira gentium stultitiã, talia colere quæ ab homine constitui vel destri posse cognoscunt. Et quid dicit Demetrius ad suos argentarios? *Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio. Non solum autem hæc periclitabitur nobis pars, sed et magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, et destri incipiet majestas ejus quam tota Asia colit, etc.* Quasi dicat: Non

stratum quinque millium, nam *denarius* uni julio Romano æquivalet, decem autem juli unum efficiunt coronatum.

VERS. 20. — *Ita fortiter crecebat verbum Dei*. Syrus, usque adeo virtute magnã invalescebat, etc.

VERS. 21. — *In Spiritu*, instinctu Spiritus sancti.

Transiit Macedonia et Achaiã, ut ecclesiis in illis provinciis constitutas visitaret.

Oportet me et Romam videre, quia Dei instinctu Paulus agebatur Romanus, ut Romanam Ecclesiam cum sancto Petro in metropolim universi orbis erigeret.

VERS. 22. — *Mittens autem*, ut viam sibi seculo pararet, et simul collectam elemosinarum pro Jerusalem faceret, ut patet 1 ad Corin. 4, v. 17.

Erastum. Erastus hic, cap. 16 Ep. ad Roman., v. 25, vocatur *arcarius*, id est, questor civitatis, scilicet, Corinthi. Postea creatus fuit episcopus Philippensis, ibique martyrio coronatus, sanctis scriptis legitur in Martyrol., die 16 juli.

In Asia. Ephesi

VERS. 25. — *Factus est autem, in eadem civitate*

Ephesi.

De viã Domini, de instituto Christi et Christianismo.

VERS. 24. — *Argentarius, falsus argentarius.*

Faciens edes argenteas Dianæ, imagines, sive simulacra templi Dianæ. Sic nostri peregrini argenteas lamellas ab sede Lauretana referunt, in quibus sancta illius domus effigies est expressa.

Artificibus, sibi subordinatis.

VERS. 25. — *Hujusmodi opifices, similium rerum opifices.*

Acquisitio, lucrum, questus.

VERS. 26. — *Paulus hic suadens avertit multam turbam, ab emptione talem imaginum, dicens in eis nihil esse numinis aut virtutis.*

VERS. 27. — *Non solum autem hæc*. Sors hæc nostra, hoc opificum nostrum, hic questus noster.

Periclitabitur in redargutionem ventre. In periculum venit reprobatiois, et contentibus, redarguta et confutata à Paulo ut inutilis et vana.

Destruat incipit. Syrus, ludibrio habebitur. *Majestas ejus, divinitus ejus existimatio.*

VERS. 28. — *Magna Diana Ephesiorum*. Quam peturam Paulus significaverat magnificè prædicant, minimeque destruendam, quasi dicant, magna Dea est Diana, cujus decus, et gloria æternum manebit.

VERS. 29. — *Confusione, perturbacione, tumultu.*

Rapto Cato et Aristarcho. Illos impetu rapientes in theatrum, ut illos aliosque christianos ibidem reos, et sacrilegos publicè proclamarent et mactarent.

Aristarcho, quem ad Colos. 5, 10, vocat D. Paulus concipitum suum. Ascriptus est Catalogo sanctorum die 4 augusti.

Comitibus Pauli. Syrus habet, *filiis societatis Pauli*, id est, sociis Pauli.

VERS. 50. — *Non permissum discipulis, ne periclitaretur, aut etiam à furente populo occideretur.*

solum opera nostra vana, nec mercede digna redarguerent, verum et religio nostra dehonestabitur, si Pauli doctrina prævaluerit decens idola Deos non esse. Sic Beda.

VERS. 29. — *ET IMPETUM FECERUNT UNO ANIMO IN THEATRUM*. Pergit Beda: De hoc, inquit Arator:

Non alio decuit causas, meritumque Dianæ, Quam obscuro tractare foro; caput arca turpis Consilii deformis opus, etc.

Hæc Beda et Arator, christianus poeta, canens Acta apostolorum carmine.

VERS. 58. — *CONVENTUS FORENSIS AGUNTUR, ET PROCONSULES SUNT*. SI QUID ALIEM ALTERUS REI QUÆRITIS,

VERS. 51. — *Quidam autem et de Asia principibus, vel catechumeni, vel gentiles in Paulum bene animati.*

VERS. 52. — *Alii autem aliud clamabant, etc.* Clarè hæc veritulum expressit Syrus hoc modo: *Turbæ autem, quæ erant in theatro, valde tumultuabantur, et alii aliud clamabant: multi autem ex eis nesciebant cur venissent.*

VERS. 55. — *Detraherunt, progredi fecerunt, protraxerunt*, scilicet, per conlatam turbam. Quomodo noster verterit *detraherunt*, non est facilè conjicere. Fortasse sedebat in gradibus theatri, et ab illis amicis arguentibus quis per vim detractus est, ut prodiret in medium, et concionaretur ad populum.

Preperitibus enim Judæis, ut communi cum Paulo causam defenderet, cum enim Judæi nomen Dianæ non agnoscerent, eadem quæ Paulus (qui et ipse erat genere Judæus) invidia flagrabat. Videbat Alexander fuisse eloquentem, et graciosum apud populum, ideoque idoneus existimatus, qui verba faceret ad turbam.

VERS. 54. — *Judeum*, ideoque amicum Pauli et Dianæ hostem. (Piscator.)

VERS. 55. — *Cum sedisset scriba turcos*. Scriba hic videtur tale munus in populo habuisse quale habent secretarii, aut cancellarii communitatum apud nos, jura civitatis callens, unde etiam in Græco dicitur *γραμματεως, scriba, legis doctor*.

Cultricem esse, mactari, aditum, ut habet Syrus, id est, templi administram et ornaticem.

Janique protulit. In Græco est: *à Jone demisi, sine delapsi, subintellige simulacri*. Fingebant enim de celo demissum esse simulacrum illud, quod in templo Dianæ colebatur.

VERS. 56. — *Oportet vos... nihil temerè agere*. Tullius, lib. 4, num. 29: *Omnis actio vacare debet temeritate et negligentia; nec vero agere quidquam, cujus non possit causam probabilem reddere.* (Calinet.)

VERS. 57. — *Neque blasphemantes Deam vestram*. Mentitur officiosè ad sedandum populum.

VERS. 58. — *Causam Syrus, hien.*

Conventus forensis aguntur. Sunt tribunalia, et circa illa fiunt litigantium concursus, convenientique iudices, dirimunt hæc in quo pertinet. Si vero inferiores iudices non satisfaciunt, est provocatio ad majores magistratus, et ad proconsulem.

VERS. 59. — *Si quid autem alterius rei queritis, graviores, ad bonum, et quietem publicam spectantes.*

In legitimã ecclesiã. In cætu populi; aut comitis provincie, tempore suo iudicis, et legitime celebratis.

VERS. 60. — *Periclitamur argui seditionis*. Ingerit metum proconsulis, et imperatoris, qui in auctores hujus tumultuarius emerserit et seditionis sit inquisiturus, et de auctoribus tumultus penas sumpturus.

Cum nullus obtinuit sit, in culpa, seu auctor; vel potius, cum nulla sit causa probabilis quam afferre possimus ad excusandum hunc concursum et tumultum;

hinc sensum mihi videtur Græcus textus exhibere.

IN LEGITIMA ECCELESIA POTERIT ABSOLVI. Quidam intelligunt per legitimam ecclesiam, conventum solemnem

CAPUT XX.

1. Postquam autem cessavit tumultus, vocatis Paulus discipulis, et exhortatus eos, valedixit, et profectus est ut iret in Macedoniam.
2. Cum autem perambulasset partes illas, et exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad Greciam :
3. Ubi cum fecisset menses tres, factæ sunt illi insidie à Judæis navigaturo in Syriam ; habitumque consilium ut reverteretur per Macedoniam.
4. Comitatus est autem eum Sopater Pyrrhi Bergensis, Thessalonicensium verò Aristarchus et Secundus, et Gaius Derbeus, et Timotheus : Asiani verò Tychicus et Trophimus.
5. Ii cum processissent, sustinuerunt nos Troade :
6. Nos verò navigavimus post dies azymorum à Philippis, et venimus ad eos Troadêm in diebus quinque, ubi demorati sumus diebus septem.
7. Unâ autem sabbati, cum convenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis, profecturus in crastinum, protractique sermonem usque in mediam noctem.
8. Erant autem lampades copiosæ in cenaculo ubi eramus congregati.
9. Sedens autem quidam adolescens nomine Euty-chus super fenestram, cum mergeretur somno gravi, disputante dñi Paulo, ductus somno cecidit de tertio cenaculo deorsum et sublatu somno.
10. Ad quem cum descendisset Paulus, incubuit super eum, et complexus, dixit : Nolite turbari, anima enim ipsius in ipso est.
11. Ascendens autem, frangensque panem, et gustans, satisque allocutus usque in lucem, sic profectus est.
12. Adduxerunt autem puerum viventem, et consolati sunt non minimè.
13. Nos autem ascendentes navem, navigavimus in Asson, inde suscepturi Paulum : sic enim disposuerat ipse per terram iler facturus.
14. Cum autem convenisset nos in Asson, eo assumpto, venimus Mitylenen.
15. Et inde navigantes, sequenti die venimus contra Chium, et aliâ applicuimus Samum, et sequenti die venimus Miletum.
